+ Vr dixit. Attendebat famulam

ad parietem. Que post horam ad
famula(m) se vertens, ait: Ubi es di-
lecta? Respondente illa: hic sum
domina, mox adjecit: O domina
mea quam dulciter cantasti. Et
quesivit sancta si eundem can-
tum audivisset. Que ait: Eciam.
At illa: Dico tibi inquit quod in-
ter me et parietem avicula que-
dam mihi jocundissime canta-
bat. Cujus dulcedine excitata
oportebat et me cum cantante
cantare. Non mirum si sancta
illa anima egressura de exilio et
in montem celi sicut passer mi-
gratura ad vocem turturis se
invitantis dulciter cantavit. Cum-
que circa jacentem dominam
sepedicte ancille sederent et de
infirmitate pie matris plurimum
dolerent, dicebat illis: Quid faci-
endum esset, si dyabolus se nobis
ostenderet. Hoc cum sancta di-
xisset post paululum alta voce
quasi daemonem repellens sic
ait: Fuge, fuge, fuge et intalis Mo-
do loquens de deo et puero Jhesu,
quia instat media nox quando
natus est dulcissimus Jhesus et in
presepio quievit et novam stellam
que nunquam ante visa est cre-
avit. Haut dubium quin utriusque
tunc presenciam senserit dya-
boli, videlicet qui electorum cal-
caneum id est finem observat, et
sicut exemplum habemus de
sancto Martino et Jhesu in

m?

pñcia

Martino